



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 40. Translatio Reliquiarum S. Joannis Chrysostomi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V.
A. C. 438.

§. XL.

Translatio Reliquiarum S. Ioann Chrysostomi.

Anno sequente ineunte, Proclus Constantinopolim revehi jussit Reliquias S. Joannis Chrysostomi, cujus memor honor ante annos novem, nempe anno ap. Baron. 428. fuerat restitutus. Cum Proclus per an. 438. init. more, die Joanni festo, 26. Sept. Paragyrin diceret, exclamavit populus, Episcopum Joannem sibi reddi peti Proclo quoque visum, planissimam ha-

Socr. VI. c. esse viam, qua Ecclesiæ tandem uniret
45. Marcell. tur, qui occasione schismatis, in causa
Chron. hoc Joannis Chrysostomi orti, adhucdum con-
an. ventus separatos agebant. Ergo hacten per re Imperatori collocutus, persuasus ut Sancti Episcopi corpus, quod Comans in Ponto sepultum fuerat, revehi juberet.

Sup. XXII. Reveatum est; obviam processit populus

§. 13. mare Bosphorum totum navibus stratum

Theod. V. videbatur, & illustratum facibus, quod di

hist. I. 36. tunc contigerat, cum primo ab exilio revo-

§. 22. caretur. Imperator arcæ, qua inclusæ erant Reliquiæ, oculos, vultumque applicuit, veniam rogans nomine Patris, & Matris, qui Sanctum offenderant, nescientes, quid facerent. Ipsæ Reliquiæ publice inter maximi honoris signa Constantinopolim translatæ, & in Ecclesiam SS. Apostolorum depositæ. Hoc facto, omnes,

S. Ioan-

S. Joannis Chrysostomi causa separati Sæculum V.
fuerant, ad Communionem regressi sunt. A. C. 438.

Translatio ista contigit elapsis annis tri-
ginta quinque post ejus primam Deposi-
tionem 27ma die Januarii, Theodosio
decimo sexto Consule, nempe anno 438.
atque hæc ipsa dies est, qua Ecclesia lati-
na S. Joannis Chrysostomi memoriam co-

*Theod. lett.
in fin.*

lit. Eodem anno 438. 15. Febr. Codex
Theodosianus, seu Constitutionum Im-
peratorum Christianorum Collectio, pro-
mulgatus est, jubente Theodosio juniore
compositus; cuius liber ultimus non alias
leges, quam quæ Religionem tangunt,
continet.

§. XLI.

Translationes aliae.

Sub ejusdem Procli Pontificatu, Con- *Sozom. IX.
c. 2. Sup. X.*
stantinopoli Reliquæ quadraginta c. 2. *Sup. X.*
Martyrum, qui sub Licinio Sebaste in §. 22.

Armenia passi fuerant, inventæ. Sanctæ
Pulcheriæ S. Thyrus Martyr trina appa-
ritione revelavit locum, & præcepit, ut
has Reliquias sub terra defossas transfer-
ret; ipsi quadraginta Martyres, candidis
palliis vestiti, conspicuos se dederunt.
Re ipsa eorum Reliquiæ sub Ambone, seu
Pulpito in Ecclesia S. Thyrsi detectæ.
Marmorea tabula feretrum tegebat, sed
visebatur exiguum foramen, quod loco
respondebat, quo Reliquiæ in duobus ar-

X 5 genteis